UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 vtrum homicidium casuale sit peccatum mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

illius non. Falſum ergo aſſumitur, ꝙ teneat plus prouidere alienæ vitæ, quàm curam habere rerum mearum, vt adminicula ſunt vitæ, & uirtutis quãuis teneat plus diligere alienam vitam, quàm res meas: ſed vt declaratum eſt, motus diligendi, ſcilicet in communi, vel ſpeciali, & cura mihi imminens, vel non imminens, omnia ſoluunt.

¶Ad ſecundam obiectionẽ dicitur, quòd cũ illa verba ad præcepta iudicialia ſpectent, in foro iudiciali intelligenda ſunt, in quo non diſcernitur, an defenſor intendat occidere pro ſaluandis, an ſaluare, & ex conſequenti ſequitur occiſio. Sermo autem noſter eſt in foro conſcientiæ, vbi intentio diſcernitur, & iudicatur. Rurſus lex illa abſolutè loquitur, & nõ in caſu, in quo non poteſt aliter vim vi repellere: nos autẽ in ſolo hoc caſu loquimur. Vnde non excuſamus quando poteſt repellere vim capiendo ipſum, vel quocumque alio modo. Decretalis autem illa, Interfeciſti, non eſt contradicta: quoniam affirmando cum aduerſatiua. Si autem te, tuaque liberando, interfeciſti, oppoſitũ caſum tractat, reſpectu præcedẽtis, ſcilicet interfeciſti furem, aut latronẽ, vbi comprehendi poterat abſque occiſione. Et licet non dicat diſiunctiuè, te, vel tua, ſed copulatiuè, te tuaq;: non propterea dicit, ꝙ ſi ſolum tua liberãdo interfeciſti, vbi aliter abſque occiſione ſaluari nequiuerint, homicidij reus es.

Gloſ. interlinearis ibi.

4. diſt. 25. q. 2. art. 2. q. 2. ad 3.

Ad tertium dicendum, quòd irregularitas conſequitur actum homicidij, etiam ſi ſit abſque peccato, ut patet in iudice, qui iuſte aliquem cõdemnat ad mortem. Et propter hoc clericus, etiam ſi ſe defendendo interficiat aliquem, irregularis eſt, quàmuis non intendat interficere, ſed ſeipſum defendere.

Ad quartum dicendum, quòd actus fornicationis, uel adulterij non ordinatur ad conſeruationem propriæ vitæ ex neceſſitate, ſicut actus, ex quo quandoque ſequitur homicidium.

Ad quintum dicẽdum, ꝙ ibi prohibetur defenſio, quæ eſt cũ liuore vindictæ. Vnde * gl. dicit. Non vos defendentes. i. non ſitis referientes aduerſarios.

Articvlvs VIII.

Vtrum aliquis caſualiter occidens hominem, incurrat homicidij reatum.

Ad octavvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ aliquis caſualiter occidens hominem, incurrat homicidij reatũ. Legitur. n. Gene. 4 ꝙ Lamech credens interficere beſtiam, interfecit hominẽ, & reputatum eſt ei ad homicidium. ergo reatum homicidij incurrit, qui caſualiter hominem occidit.

¶ Ex his autem patet ſolutio alterius quæſtionis ab Augu. vbi ſupra, & poſterioribus mota, an liceat repellendo violentiam ſtupri, adulterij, ſodomiæ, & huiuſmodi, occidere: quoniam quando non poteſt aliter euadere, q̃ tunc ad hoc infertur actualiter vim, licite poteſt tuendo ſuorum membrorum libertatem occidere. Et tanto plus licet in defenſione hac, quàm in defenſione rerum exteriorum, quanto vis hæc magis æſtimatis rebus infertur: & periculum conſenſus magnum ex hoc imminet qui virtutis bono contrariatur. Vnde Tullius in oratione pro Milone, laudabiliter commemorat militem adoleſcentem, qui ne turpiter pateretur a tribuno militari, propinquo Caij Marij, ipſum interfecit.

¶In reſponſione ad tertium in eodem articulo, conſidera, quòd materia eſt iuris poſitiui irregularitas. Et nouo iure in cle. vnica, De homici. ſtatutum eſt, quòd is qui aliter mortem euitare nõ valens, ſuum occidit inuaſorem, irregularis non eſt, quæ lex ſi tempore authoris extitiſſet, non ſcripſiſſet hoc author.

¶*Super quæſtionis ſexageſimæquartæ articulum octauum.*

In articulum octauum eiuſdem 64. quæſt. circa imputationem caſualis homicidij, notandum eſt, quòd cum dupliciter contingat homicidium caſuale imputari, ſcilicet dando operam rei illicitæ, uel dando operam rei licitæ, aliquæ conditiones ſunt communes vtrique modo, & aliquæ propriæ ſingulis. Communes quidem ſunt tres. Prima eſt, quod non ſit intentio occidendi, quia iam non eſſet caſuale homicidium. Secunda eſt, quòd mors ſequatur ex opere illius, cui imputatur, vt in calce corporis articuli expreſſe habetur. Et ratio eſt, quia cùm homicidium non ſequatur ex intentione illius, ſi etiam non ſequatur ex illius opere, nulla reſtat ratio, quare illi imputetur occiſio. Et ex hoc capite excuſatur non intendens occi-

F dere percuſſor ab homicidio, quando mors ex ma... gimine ſequitur. Et propterea in particularibus ca... dis oportet diligenter aduertere, an ex illius, ... re mors ſubſecuta fuerit. Tertia eſt, quòd ... id, ex quo ſequitur homicidium, vt in medio ...

¶ 2 Præt. Exod. 21. dicitur. Si quis percuſſerit mulierẽ prægnantem, & aborſum fecerit, ſi mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima: ſed hoc poteſt eſſe abſque intentione occiſionis. ergo homicidium caſuale habet homicidij reatum.

¶ 3 Præt. In Decretis diſt. 50. * inG ducuntur plures canones, quibus caſualia homicidia puniũtur: ſed pœnæ non debẽtur niſi culpæ. ergo illẽ qui caſualiter hoĩem occidit, incurrit homicidij reatum.

Sed contra eſt, quod Aug. † dicit ad Publicolam. Abſit, vt ea quæ propter bonũ, aut licitum facimus, ſi quidem propter hoc præter noſtram uoluntatem quicquã mali acciderit, nobis imputetur. Sed contingit q̃nque, vt propter bonũ aliquod faciẽtibus homicidiũ conſequatur caſualiter. ergo non imputatur faciẽti ad culpam.

H Respon. Dicendum, ꝙ ſecundum Philoſo. in 2. * Phyſic. Caſus eſt cauſa agens præter intentionẽ: & ideo ea quæ caſualia ſunt, ſimpliciter loquendo, non ſunt intenta, neque uoluntaria. Et quia omne peccatum eſt uoluntarium, ſecundum Aug. conſequens eſt, ꝙ caſualia, inquantum huiuſmodi, non ſunt peccata. Cõtingit tamẽ id, quod nõ eſt actu, & per ſe volitũ, vel intentum, eſſe per accidẽs volitum, vel intentum, ſm quod

I à tali opere, ſeu remouendum tale quid, vnde ... hoc enim capite excuſor ab homicidio, ſi ... tum aureos, alioquin cogetur ire ad occiſionem ... quos, vt tantum lucretur, nego, & non ... & ſic prohibere homicidia, non tamen ... autem conditiones ſingulorum modorum ... datur opera rei licitæ, vnica opus eſt conditione, ... tem adhibeat diligentiam, ne mors ſequatur ad ... cidium imputetur: ex negligentia ſiquidem ... enim in præcedenti libro, quòd negligentia ... tenetur ex præcepto, peccatum mortale eſt ... tia ſecundùm naturam negotiorum, temporis, ... lenda eſt. In quibuſdam namque negotijs ... conſueuit fieri, facit, vt patet in caſu Decretalis, ... homicidio. Qui enim pulſat campanas iuxta ... reus negligentiæ, ſi inde alterius mors ſequitur ... tem aliquid periculi, à remotis tamen ...

K gens eſt, qui ea ſic diſponit, & facit, vt ea ... nabiliter cõſiderari debent penſatis cõditionibus ... Fortuita enim ea quæ viri prudentes communiter ... eueniant, non ſunt nobis imputanda, quia ... humana ratione gubernamus nos, ac noſtros. ... accidit de facto. quod Princeps Hiſpaniæ ... lam ſibi domeſticam, quaſi catellam, ... num inſequentium ceruam illam fugientem ... dominæ ſuæ. Fuit enim caſus non ſolum ... gitatus, ſed à tot principibus, & uiris, qui ... bant, aut ei aſsiſtebant, & ex ea regni ... Et tamen poſt factum omnes dicimus, quòd ... ne in locum, vbi venatici canes ... Nec hoc de ceruæ tantum occiſione, ſed ... accidere. Et hoc dixerim, vt in caſibus ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

cauſa per accidens dicitur remouens prohibēs. Vnde ille, qui nō remouet ea, ex quibus ſequit̃ homicidium, ſi debeat remouere, erit quodammodo homicidium uoluntarium. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo, quando dans operam rebus illicitis, quas uitare debebat, homicidiũ incurrit. B Alio modo, quando nō adhibet debitam ſolicitudinē. Et ideo ſecũdum iura, ſi aliquis det operam rei licitæ, debitã diligentiam adhibens, & ex hoc homicidium ſequatur, non incurrít homicidij reatum. Si uerò det operã rei illicitæ, vel etiam det operam rei licitæ, non adhihens diligentiam debitam, non euadit homicidij reatũ, ſi ex eius opere mors hominis conſequatur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Lamech non adhibuit ſufficientem diligentiam ad homicidium uitandum, & ideo reatum homicidij non euaſit.

Ad secvndvm dicendum, quòd ille qui percutit mulierem prægnãtem, dat operã rei illicitæ. Et ideo ſi ſequatur mors mulieris, vel pueri animati, non effugiet homicidij crimen, præcipuè cum ex tali percuſſione in promptu ſit, quòd mors ſequatur.

Ad tertivm dicendum, quòd ſecundum canones imponitur pœna his, qui caſualiter occidunt, dantes operam rei illicitæ, uel non adhibentes diligentiam debitam.

Qvaestio LXV.

De Mutilatione membrorum, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandũ eſt de peccatis aliarum iniuriarum, quę in perſonam commit- C tuntur.

Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶Primò, De mutilatione membrorum.

¶Secundò, De uerberatione.

post factum experientia prudentiores facti faceremus, & quid inexperti feciſſemus. Neque enim exacta diligentia exquiritur, qualis à ſumma prudentia emanare potuiſſet, ſed quæ à communiter prudentibus emanare conſueuit in huiuſmodi negotiis. Et ex hoc capite, tute poſſunt ſacerdotes religioſi, ſeruiendo infirmis, eos etiam in finem uitæ uoluere in lecto, vt quietius iaceant, & reliqua ſeruitia exhibere cum prudentia quæ in huiuſmodi conſueta eſt. Nec oportet ſcrupulum inde capere, ſi mors forte ex hoc acceleratur. Quicquid enim licitum eſt conuerſis in hoc opere, licitum eſt ſacerdotibus. Nec ullus eſt irregularitatis timor in ꝓpoſito, vbi nulla eſt culpa negligentiæ, quæ ita reum faceret conuerſum, ſicut clericum. In quibuſdam autem periculoſis ex ſuo genere actibus diligens eſt, qui aut conſilio proprio, vel alieno, vbi timor adhuc ſupereſſet periculi, hæc operatur. Verbi gratia. Tenere infantes tenellos ſecum in lecto, opus eſt ſtatim periculum oppreſſionis offerens, & propterea niſi debitis circunſtantijs honeſtet̃, opus eſt illicitum. Et quia eſt contra curam debitam uitæ proximi, cum facili caſu mortis (dormientes quippe non ſumus noſtrorum motuum domini) mortale peccatum eſt. Si autem honeſtatur circumſtantiis, puta, quia lectus eſt extenſus, & non habetur prope ſe, & nutrix conſueuit ſemper inueniri in eodem loco & ſitu, quo ſe incipiendo dormire poſuit, & implacabilitas infantis hoc exigat, excuſari uidetur, quia non eſt rationale his concurrentibus, periculum timere. Propter quod in cap. Conſuluiſti. 2.q.5. non omnino præcipitur parentibus, ne pueros teneant in lecto, ſed admonendi, & proteſtandi dicuntur, ne negligentia proueniente mors ſubſequatur. Et ſimile eſt in aliis actibus licitis periculoſis, ut ſunt ruinæ domorum, iactus lapidum &c. In omnibus enim his tanto maiori opus eſt conſilio & ſolicitudine, quanto periculum propinquius timetur. Quando uerò datur opera rei illicitæ, in litera dicitur & communiter uidetur confeſſum, ꝙ imputatur ei homicidiũ ex illius opere conſequens: nec oportet hic aliam apponere propriam conditionem. Ego autem non intelligo indiſtincte doctrinam hanc, quoniam didici, quòd actus materialiter mortalis, quando non eſt voluntarius, niſi indirecte, & in cauſa, iudicandus eſt ſecundùm illam cauſam, & per hoc effuſionem humani ſeminis extra matrimonii actum, poſſe eſſe ſolum peccatum ueniale, definitum eſt, quando ſcilicet in cauſa ſolum fuit peccatum ueniale, vt patet ex pollutione nocturna ex ueniali delectatione in die habita conſequente. Sequendo igitur principia habita de uoluntario, diſtinguendum eſt de imputatione ad pœnam, vel ad culpam: & ſi culpam, mortalem, vel uenialem. Et quò ad pœnam irregularitatis indiſtincte, intelligo, ꝙ quando dat operam rei illicitæ, imputatur ei homicidium conſequens ex ſuo opere ad pœnam irregularitatis. Quò ad culpam uerò, cum diſtinctione intelligo, quòd quando dat operam rei illicitæ, venialiter tamen, ſi eſt diligens ad cauendam ſequelam periculi, ſicut de dante operam rei illicitæ dictum eſt, non eſt reus homicidii niſi in ſua cauſa, quod nihil aliud eſt, quàm eſſe reum illius rei illicitæ uenialis, & ꝓbatur hoc ex ratione uoluntarii ſupradicta. Vnde ſi religioſo alicui ex his, quibus ſtatuto prohibetur equitare, accidiſſet caſus, in cap. Dilectus, vel in cap. Significaſti. extra, de homicidio, licet daret operã rei illicitæ ſibi equitando ſine licẽtia & neceſſitate, ac per hoc iudicatus fuiſſet irregularis, non plus peccaſſet propter homicidiũ ſubſecutũ, quàm ſi non fuiſſet ſubſecutum, qm̃ ſolius equitationis reus eſſet.

¶Et confirmatur authoritate Auguſtini dicentis, quòd Lot non quantum ille inceſtus, ſed quantum ebrietas præcedens meruit, in culpa fuit: non diſsimile autem eſt de aliis iudicium. Et ex hoc A patet, quòd etiam quando dat operam rei illicitæ mortaliter, adhibendo tamen omnem diligentiam ne mors ſequatur, licet ſit reus gehennæ propter illud peccatum mortale, non tamen eſt reus homicidij propter eandem rationem, quia. ſ. voluntarium indirecte in ſola cauſa contra voluntatem & diligẽtiam adhibitam, nō niſi in cauſa culpatur. Vnde ſi ebrietas Lot fuit peccatum mortale, non propterea arguendus eſt inceſtus. Hæc autem dico, quã do actus peccati mortalis non eſt de genere ſuo via ad mortem. Percutientem. n. aliquem, quamuis nolit occidere, non excuſo ab homicidio, quia percuſsio via eſt ad mortem. Sed clericum mortaliter venationi vacantem ab homicidij culpa excuſo, quando nobilis laicus venationi vacans ab homicidij culpa excuſaretur, q̃a ſcilicet adhibita eſt omnis diligentia, ne cuiquàm noceret venatio. Eſt igitur caſuale homicidiũ ſemper imputãdum danti operam rei illicitæ, ut communiter dicitur: ſed difformiter: quia quò ad pœnam irregularitatis, & culpam aliquam ſemper, ſed non ſemper quò ad culpam mortalem, nec etiã ſemper quoad culpam mortalem iſtius ſpeciei. ſ. homicidij. Et quia huic doctrinæ omnia conſonant, amplectenda proculdubio eſt.

¶In reſponſione ad tertium in eodem, aduerte ꝙ percuſsio prægnantis abſq; intentione occidendi, pōt dupliciter cõtingere. Primò, vt ſit talis, quæ de genere ſuo nata eſt inducere aborſum uel lædendo corporaliter, uel incutiendo timorem mulieribus, quæ ſunt cōiter timidæ, & huiuſmodi: & ſi ſic ſequitur homicidium, non inter caſualia, ſed voluntaria computandum vr̃, qm̃ in promptu ratio eſt, ut actus ipſe occiſio ſit: qm̃ talis actus in pluribus natus eſt facere aborſum: caſuale autem eſt ut in paucioribus, & hoc D dico qñ ſcienter grauidam ſic percutit. Nam qui ex ignorantia vteri ſic grauiter, & grauius percuteret, caſuale incurreret homicidium propter aborſum, etiam ſi ignorantia laboraret culpabili. Nam licet non excuſetur a culpa homicidij, excuſatur tamen a modo homicidij, quia. ſ. non eſt per ſe uolitum ab eo, qui ſi ſciret materiæ conditionem, in quam agit, non ageret in illam: & de ſimilibus idem eſt iudicium. Si autẽ percuſsio fiat aliqualis, quamuis indiſcreta, ioco, uel ſerio, uel timor leuis incutiatur imprudenter, caſuale eſt homicidium, quod ex diſpoſitione ſingulari mulieris potius prouenit patientis, quàm ex actione infertur agentis.

¶In rñſione ad tertium, ubi de canonum pęna agitur, aduerte, ꝙ, quia tam author, q̃ alij in Decretis diſt. 50. ut patet in introductione capituli, Clerico, diſtinguunt homicidium voluntarium a caſuali, non ꝑꝑ hoc, quia illud eſt volitum, & hoc non volitum, &c. ſed ꝑꝑ hoc, ꝙ illud eſt volitum per ſe, hoc autem aut nullo modo, aut in cauſa tm̃, & indirecte hẽt voliti rõnem, ut patet ex hoc, E ꝙ de homicidio caſuali diſputantes, diſtinguũt de dante operam rei licitæ, uel illicitæ. Tota igitur coordinatio horum homicidiorum ſub caſuali homicidio comprehẽditur: & hoc quantũ ad culpam: parui aut nihil refert, dummodo homicida in ueritate quis ſit. Quantum tñ ad authoritatem diſpẽſandi in irregularitate, multum refert, quia priuilegiati, quibus conceſſum eſt diſpenſare cum irregularibus, niſi ſit ex homicidio uoluntario contracta irregularitas, poſſunt diſpẽſare cum irregularibus propter homicidium caſuale, quàmuis culpabile ſiue dando operam rei licitæ, ſiue debita adhibita diligentia, ſiue dando operam rei illicitæ.

¶Super Quæſtionis ſexageſimaquintæ articulum primum.

In q. 65. artic. 1. dubium occurrit, quid nomine membri in materia mutilationis intelligatur. Et eſt ratio dubij, quia quidam uolunt quod membrum proprie ſit membrum principale, quod habet officium, ut pes ad ambulandum, &c. Et ex hoc inferunt, quòd digitus non eſt membrum.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN